



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 32. S. Ambrosii Responsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

tragicam famis effigiem ante oculos posuit, quæ anno præcedenti Romam affligerat. Hæc argumenta disertissimus illorum temporum Orator defendendæ Idololatriæ aptissima existimabat.

Sæculum IV.
A. C. 384.

§. XXXII.

S. Ambrosii Responsum.

Quamprimum S. Ambrosius de Symma-
chi Relatione audivit, ad Imperato-
rem Valentinianum litteras dedit, hor-
tatus, ne in favorem Paganorum animum
suum occupari sineret. *Subditi tui,* in-
quit: *tibi serviunt, tu Deo! tuum ergo*
est, saltem impedire, ne falsis Diis servia-
tur. Ex tuo profecto Gentilibus largie-
ris, si ea donas, quæ tamdiu tuus fiscus
possedit. De honorum jactura queruntur
illi, qui nunquam non Christianorum san-
guinem crudelissime fuderunt, & Ecclesias
nostras funditus everterunt! Privilegia
exposcunt, qui nos, Imperante Juliano,
omnibus hominibus communi loquendi, dc-
cendique libertate privarunt! tam parum
expedit tibi, ut quidquam eorum, quæ
Antecessores tui in causa Religionis statue-
runt, mutes, quam in iis, quæ in Regimine
Civili decreverunt. Nemo tuam juve-
tutem decipiatur! si Idololatra est, qui tibi
bæc suadet, æquum non est, ut illam tibi
libertatem eripiat, quam tu ipsi indulges!
neminem enim, quod non vult, adorare co-
Hist. Eccles. Tom. IV. Aaa gis-

Seculum IV. gis. A.C. 384. *Si a Senatoribus Christianis exigas, ut coram ara illa juramentum præsent, idem feceris, ac si in eosdem persecutionem commovereas; nam modicus Senatorum Ethnicorum numerus totius Senatus nomine abutitur. Rogo te igitur ut Episcopus, & omnium Episcoporum nomine, qui mihi se jungerent, nisi res hæc tam subita esset, & incredibilis, ne hoc libello permotus, quidquam statuas! saltæ prius rem ad Imperatorem Theodosium, Patrem tuum, deferri jube, quem in rebus arduis consulere consuevisti. Peto, ut mibi descriptum exemplum, Relationis tibi traditæ, detur, quo amplius respondere possim! si aliud iussiveris, dissimulare non poterimus. Venies forte ad Ecclesiam, sed Episcopum ibi non invenies, aut invenies resistenter tibi, & oblationes tuas spernentem. Deinde Valentinianum, Parentem ejus, excusat, dicens, ipsum nescivisse, exstare in Senatu aram, & ibi offerri Sacrificia.*

Ep. 18. Postea S. Ambrosius, exemplo Relationis Symmachi accepto, in responsum edidit librum, quo allitum artis Rhetoricae fucum ab hac materia abstergit; Prosopeiae ejus alteram ejusdem generis figuram opponit, & urbem Romam fateri fingit, se quidem tot victorias, tot partas lauros neutiquam falsorum Deorum auxilio in acceptis referre, quos utique devictæ a Romanis gentes non mi-

nus coluere, sed unice militum suorum Sæculum IV.
fortitudini. Tum vero, quam funesto exi- A. C. 384.
tu Imperatores Idololatræ interierint, n. II.
enarrat. Ad Paganorum querelam ob
reddituum, & privilegiorum suorum ja-
sturam respondet: *dicam, quantum Chri-* S. Ambro-
stianorum simplicitas, sordida Gentilium sius.
avaritia præstet! fratrum nostrorum in
Æsu Christo numerus paupertate, oppres-
sione, suppliciis accrevit; ipsi, nisi lucrum
eorum avaritiam satiet, stare Deorum cul-
tum posse non credunt. Non credunt Vir-
gines continentiam, nisi obscenæ volupta-
tis jactura ostentatione, & vanis honori-
bus compensetur, servare posse. Vix n. 12.
Septem Vestales numerare est; has paucu-
las ad servandam castitatem cogitis, non
perpetuo, sed destinato tempore, atque in-
terim ornatu capitis, purpura, lectorum
pompa, copioso famulatu, singularibus pri-
vilegiis, & censibus optimis mulierculas
has delinitis. His S. Ambrosius opponit
ingentem Virginum Christianarum mul-
titudinem, quamvis earum paupertas, vi-
ta humilitas, & rigor alias ejusdem se-
xus magis absterrere, quam ad sui imita-
tionem allicere possint.

Tum vir Sanctus prosequitur in hunc
modum: *queruntur, quod Sacrificulis, &*
templorum Ministris annui census, ex æra-
rio publico non dentur; dum interim nos
Christiani novissimis legibus etiam priva-

Aaa 2 torum

Sæculum IV. torum bæreditatem adire probibemus, quo
A. C. 384. jure Ministri templorum non privantur.

*Si Presbyter oneribus urbium exemptus
esse cupit, Majorum suorum bonis abdicare se cogitur, dum interim Centurio ab
iisdem oneribus liber est. Non hæc mem-
moro, ut conquerar, sed ut ostendam, quan-
ta illa sint, de quibus non conqueror. Re-
spondent; Ecclesiis nostris suos redditus
esse; quæro ego, cur non ipsi in eosdem usus
ac nos nostro exemplo censu suos expende-
rint? Ecclesiæ bona sunt panis pauperum.
Ostendant illi numerum captivorum, quos
ex templorum ærario redemerint, paupe-
res, quos aluerint, exules, quibus subsi-
dium miserint! quæ prius Sacrificulorum
avaritiæ serviebant, bodie Bono publico
impenduntur, & hanc Charitatem calami-
tatum publicarum esse causam calumnian-
tur. Post hæc Symmachi mendacium
refellit, dicentis, annonæ inopiam, & fa-
mem, pœnam esse, qua Dii sui contem-
ptum ulciscerentur. Ostendit, similia
ab omnibus retro sæculis mortales affli-
xisse, & ultimo anno solam Italiam hac
calamitate fuisse pressam. Luctuosum
Gratiani interitum objicientibus, respon-
det, funestissimos Principum Ethnicorum,
præcipue Juliani, exitus satis probare,
hæc rerum humanarum vicissitudini ad-
scribenda. His duobus S. Ambrosii li-
bellis in Consilio Valentiniani Comite
Bau-*

sp. 73. n. 5.

Bautone, Militiæ Magistro, & Rumorido Sæculum IV.
eiusdem Dignitatis, sed Pagano, præle-
ctis, vicitus Imperator adductis argumen-
tis, nihil eorum, quæ Pagani petebant,
concessit.

A. C. 384.

§. XXXIII.

S. Damasi obitus. S. Siricius Papa.

Symmachus eodem Praefecturæ suæ an- Symm. X.
no, quam Justitiæ amantes Christiani ep. 34.
essent, suo bono expertus est. Is apud
Imperatorem Valentinianum insimulaba-
tur, aliquos Christianos injuste vexasse,
occasione accepti mandati, ut in eos, qui
urbis muros labefactaverint, inquirat.
Christianos ex Ecclesiarum Sanctuariis
abstraxisse dicebatur, ad quæstionem ra-
piendos, atque plures Episcopos tam ex
vicinis, quam remotis urbibus vincitos
adduci jussisse, & in carcerem compingi.
Epistolam, quam, ut objecta dilueret, ad
Imperatorem dedit, habemus. In illa al-
legat testimonium ministrorum sibi subje-
ctorum; nullum Christianum in vinculis,
aut carcere inveniri, quamvis alii ob di-
versa crimina ibi custodirentur. At testes
innocentiæ suæ, omni exceptione majo-
res, producit epistolas Damasi Papæ, affir-
mantis, dicti mandati occasione nullum
Christianorum læsum, nullum vinculis da-
tum. S. Damasus Papa mortalitatem exuit Hier. script.
eodem anno 384. undecima Dec. prope Prosp. Chro.
an. 385.

Aaa 3

Octo-